



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 2. Sub Pio IV. Cardinalis creatus, ac gravibus negotiis præpositus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

cæo, qui postea Papa Pius IV. elige- **Sæcul. XVI.**  
batur, altera Abbatia, ac pingui Prio- **A.C. 1565.**  
ratu honorabatur, quorum tamen re-  
ditus nunquam vel ad augendum suum  
famulatum, vel ad majores expensas  
impendebat.

§. II.

*Sub Pio IV. Cardinalis creatus, ac  
gravibus negotiis præpositus.*

Mortuo Patre Carolus sua studia in- **Guiffau l. I.**  
terrumpere, ac Mediolanum re- **c. 5. & 6.**  
dire cogebatur, ubi vigesimo primo æ-  
tatis suæ anno totius familiæ sollici-  
tudo ejus humeris imposta erat: post-  
ea autem Patavium reversus, ac Do-  
ctoratus laurea decoratus vix Medio-  
lanum redierat, cum Patruum suum  
ad supremi Pontificatus dignitatem  
ejectum perciperet, ubi illico a neo-  
electo Papa Romam vocatus, evoluto  
Mense Cardinalis creabatur, ejusque  
curæ gravissima, quæ in Ecclesiæ re-  
gimine occurrabant, committebantur  
negotia: nec tamen propterea a pio  
animi sui proposito deflecebat, sed po-  
tius, ut suo muneri eo accuratius fa-  
tisfaceret, erexit academiam doctorum  
tam Ecclesiasticorum, quam sæcula-  
rium, qui indefessam navarent operam  
illis præcipue scientiis, quæ ad vitii  
odium, virtutisque amorem salubriter  
inspi-

**Sæcul. XVI**A.C. 1565.

inspirandum maxime idoneæ sunt, cui  
studio Carolus eo ardentius incumbe-  
bat, quo certius exinde ex Aula Ro-  
mana otium expellere, ac pia quadam  
æmulatione illos excitare sperabat, qui  
præcipua Sedis Apostolicæ ornamenta  
existunt: hos igitur suo exemplo solli-  
citabat, ut in sacrarum literarum cogni-  
tione proficerent, pristinamque illam  
consuetudinem ab Episcopis tam re-  
ligiose servatam, qua ipsimet populos  
instruebant, restaurarent: eapropter  
hæc Academia Ecclesiæ plures, eos-  
que insignes Viros procreabat: juvenis  
vero hic Cardinalis sibi exinde magnam  
venerationem, auctoritatemque conci-  
liabat, quamvis vero cor ejus a terrenis  
penitus abstractum esset, se tamen haud  
utilius Ecclesiæ bonum procuraturum  
arbitrabatur, quam si exterius saltem  
usitato Aulæ mori se accommodaret,  
hinc magnificam domum splendida sup-  
pellectili ornatam incolebat, amplectu-  
comitatu, lautaque mensa utebatur, dum  
autem Deus oculos ejus magis aperie-  
bat, hoc exteriori splendore regnum  
Dei haud recuperari agnoscebat, quæ  
propter cum Fridericus Borromæus e-  
jus frater natu major absque liberis, ut  
antea meminimus, fatis functus esset,  
licet ferme omnes a Carolo sacram  
militiam ad familie suæ propagatio-  
nem

nem exutum iri crederent: histamen non Sæcul XVI.  
attentis ipse Sacris Ordinibus initiari vo- A.C. 1565.  
luit, atque Anno post Christum natum  
millesimo quingentesimo sexagesimo se-  
cundo ad Sacerdotium promotus a Papa  
Presbyter Cardinalis tit. sanctæ Pra-  
xedis nominabatur: postea autem Ma-  
jor Ecclesiæ Romanæ Pœnitentiarius,  
neconon Ecclesiæ ad S.Mariam Majorem  
Archipresbyter, & quorumdam Regno-  
rum, ac diversorum Ordinum tam Re-  
ligiosorum, quam Militarium Protector  
renuntiatus est: insuper acceptare e-  
tiam cogebatur Legationem Bononien-  
sem, & Anconitanam: præterea jam  
supra retulimus, quanto studio sese Sy-  
nodi rebus impenderit, quantaque sol-  
licitudine prosperum illius exitum pro-  
curare fategerit.

### §. III.

#### *Sancta Caroli Vita, ejusque deside- rium sese ad Monasterium recipiendi.*

Vix summus Pontifex, ejus Patruus *Vie de Bar-*  
Tridentinam Synodum confirma-  
verat, cum illico Carolus in semetipso *tho. des*  
ea, quæ circa mōrum emendationem *Martyr.*  
ibidem præscripta erant, exequi inci- *l. 2. cap. 23.*  
peret, hinc præprimis a suo obsequio *pag. 264.*  
dimittebat octoginta domesticos, quos *Ripemont.*  
*Hist. Eccles. Tom. XLVII. B b* tamen, *l. 2. c. 12.*